

## LIBER

notum ualde peritus: Scripsit ingenij sui quædam non spernenda opuscula: quibus se posteritati notificauit: E quibus extant  
 Super sententias: li. iij Qm teste beato Augusti.  
 De cæteris nihil uidi.

Claruit temporibus Rodulphi imperatoris: Anno dñi Mill. CC. LXX.

**E**rarodus monachus cœnobij sancti Quintini in Insula: uir in scripturis sanctis studiosus: & iugi exercitatione peritus: atq; in sæcularibus litteris sufficienter instructus: ingenio promptus & clarus eloquio. Scripsit quædam non contemnendæ lectionis opuscula: quibus nomen suum præsentibus & futuri: quas reliquias Ludouicus rex Franciæ ab imperatore Constantinopolitano consecutus transtulit Parisius. Scripsit etiã beatæ Helicabet lantgrauix

Miracula post mortē facta: li. i  
 Responsoria & cantus de eadē: li. i

Et quædam alia.

Claruit sub Rodulpho imperatore: Anno domini Mill. CC. LXX. Et in utraq; litteratura uaria composuit opuscula.

**V**ilhelmus Lamarenis: ordinis fratrum minorum: uir in diuinis scripturis longo usu & exercitio doctus: atq; in sæculari pbia iuxta morē illius temporis satis peritus: ingenio clarus: sermone scholasticus: cōposuit uaria in scripturis opuscula: quibus nomē suū ad noticiam posteritatis transmisit: E quibus ista

Super sententias: li. iij (serunt)  
 Correctoriū operū Thomæ: li. i  
 Additiones in Bonaueturā: li. i

Et quædam alia.

Claruit sub Rodulpho imperatore: Anno dñi Mill. CC. LXXX.

**R**ichardus archiepiscopus Remensis in Gallia: ordinis fratrum minorum: in scripturis sanctis egregie doctus: in declamandis ad populum sermonibus nulli doctorum sui temporis inferior: subtilis ingenio & eloquio clarus: dicitur multa præclara scripsisse uolumina: quibus tunc præsentibus se utilem & futuris reddidit notum: sed nihil eorū ad manus nras memini puenisse. Ferunt eius

Sermones de tempore: li. i  
 Sermones quoq; de sanctis: li. i

Claruit sub Rodulpho imperatore: Anno dñi Mill. CC. LXXX.

**V**ilhelmus de Samuco: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli: natione gallus: uir in diuinis scripturis eruditus: & sæcularium litterarum non ignarus: ingenio & eloquio clarus: & non minus cōuersatione q̄ doctrina uenerabilis: Edidit magnæ utilitatis plura opuscula: quibus nominis sui memoriã ad noticiam posteritatis transmisit. E quibus feruntur subiecta. Opusculum quoddã spiritalibus personis non inutile quod prænotauit:

Decretales religiosorum: li. i  
 Super sententias: li. iij  
 In regulam sui ordinis: li. i  
 Chronica ordinis sui: li. i

Et alia multa.

Claruit sub Rodulpho imperatore: Anno dñi Mill. CC. LXXX.

**E**gidius de Roma: ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini prior generalis: ac deinde Bituricensis archiepiscopus: beati Thomæ aquinatis quondam auditor: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in philologia aristotelica nulli suo tempore secundus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: uita & conuersatione deuotus: Scripsit multa & pene infinita opuscula: